

SUMMARIUM.

Duplicem solemnitatem petit Tridentinum, ut vultur renunciatio novitiorum? n. 64.
 An sufficiat licentia Episcopi nondum consecrati, aut nondum confirmati? n. 65.
 Quid de licentia Archiepiscopi, cui nondum est collatum pallium? n. 66.
 Quid de licentia Capituli sede vacante? n. 67.
 Quid de licentia habentium jurisdictionem quasi Episcopalem, & de licentia Archiepiscopi in diocesi suffraganei? n. 68.
 Quid de licentia vicarii Episcopi, aut vicarii Capituli sede vacante? n. 69.
 Quid de vicario habente jurisdictionem Episcopalem? n. 70.
 Quid de vicario Episcopi nondum consecrati, vel Archiepiscopi nondum recepto pallio? n. 71.
 Quid de vicario forane, & quando talis dicitur? n. 72.
 An possit hi omnes delegare facultatem hujus licentiae concedendae? n. 73.
 An Praeuli regulares possint eam facultatem concedere in monasterio exempto? n. 74.
 An in aliquibus religionibus sit usus receptum non exigentiam Episcopi? n. 75.
 An ea licentia debeat esse in scriptis? n. 76.
 An fas sit ea licentia petita, nisi non obtenta? n. 77.
 An necessarium procedere debeat renunciacionem? n. 78.
 An fas sit licentia tacita haberi ex rationatione de praesenti, aut futuro? n. 79.
 An necessarium fieri debeat renunciatio bimestri integro ante professionem? n. 80.
 An id bimestre debeat esse mathematicum, & de momento ad momentum numerandum, & quot aeternum, & in anno biflexili? n. 81.
 An valeat renunciatio sine facta, si postea differatur professio? n. 82.
 Quando factenda est hac renunciatio, si Pontifex dispenset, ut nondum exactis legitimis aetate, & anno novitatus professio fiat? n. 83.
 An novitio ante finem anni, vel eo finito religionem deserente sine facta renunciacione, sine non, & postmodum regresso debeat iterum fieri renunciatio, & quo tempore? n. 84.

Questio ultima. Quas solemnitates petit Tridentinum in his renunciacionibus, aut donationibus novitiorum, ut validae sint. Duplex solemnitas in eo decreto petitur. Prior est, ut fiat cum licentia Episcopi, seu eius vicarii. Posterior, ut fiat intra duos menses professioni proximis. Ratio autem utriusque solemnitatis est, ut majori cum deliberatione, ac libertate aeternis post ingressum fiat: quippe jam elapsus est decimus mensis post ingressum in novitium, quod sufficiens tempus est ad deliberandum, an expediat renunciatio, necne? Atque iudicis praesentia omnem metus praesumptionem excludit, l. finalis c. de eo, quod vocatus causa n. & cum aliis tradit Menochius de recuperanda possessione remota l. num. 266. Ideo ad excludendas fraudes, merito praesertim importunas, ut bona illa relinquatur monasterio iure optimo petitur licentia Episcopi, aut eius vicarii.

Circa priorem ergo solemnitatem advertendum est, sufficere licentiam Episcopi confirmati, nondum tamen consecrati, secus si electus tantum sit, quia a tempore confirmationis competunt Episcopi ea omnia, quae sunt jurisdictionis, quae est hoc, ut probavimus lib. 8. de matrimonio disp. 2. n. 11. & lib. 2. hujus tractatus c. 11. n. 3. & in simili diximus circa potestatem dispensandi, lib. 4. hujus operis c. 38. n. 7.

Major difficultas esse poterat de Archiepiscopo consecrato, qui nondum pallium recepit, an possit concedere hanc licentiam? Quae difficultas generaliter habet locum in omnibus ad jurisdictionem pertinentibus, ut sunt omnes dispensationes, & abolutiones, & familia. Et dicendum est posse, quia tantum interdicunt Archiepiscopo ante receptum pallium cogere concilium, & ea, quae ad ordinem Episcopalem pertinent, exercere, non vero quae sunt jurisdictionis, quae facta confirmatione ante receptum pallium exercere poterit, ut diximus loco citato lib. 4. hujus operis c. 38. n. 9.

Eandem licentiam potest concedere Capitulum Sede vacante, quia illud succedit in omnem ordinariam jurisdictionem Episcopi competentem, ut probavimus in hoc tractatu lib. 2. c. 11. num. 4. & in simili diximus lib. 4. c. 38. nam. 17.

Poterunt etiam eam concedere Abbates, & alii Praeuli habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, nullique Episcopo subiecti in suis diocesis; non autem Archiepiscopus in diocesi suffraganei. Quia illos gaudere omni jurisdictione, hos autem minime, probavimus eodem lib. 2. c. 11. n. 5. & lib. 4. c. 38. n. 11. & 19. Quod intellige respectu Archiepiscoporum, nisi Episcopo eam denegante licentiam devolveretur per appellationem causa ad Archiepiscopum; tunc enim potest Archiepiscopus, utpote qui in ea causa jurisdictione gaudet, eam licentiam impertiri. Quia in causis appellationis est legitimus iudex c. 1. de officio delegati, & c. duo de officio ordinis, & diximus eo lib. 4. c. 38. n. 12.

Rursus eam licentiam potest concedere Vicarius Episcopi, quia expressè id dicitur in hoc Tridentini decreto, & quamvis possit aliquis exillimare id non posse vicarium Capituli Sede vacante, quod decretum hoc expressim mentionem faciat vicariis Episcopi, qualis non dicitur vicarius Capituli Sede vacante, ut ex Felino retulimus lib. 8. de matrimonio disp. 27. n. 33. sed abique dubio dicendum est, id posse hunc vicarium; tum quia eam Felini doctrinam rejicimus eodem n. 33. probantes nomine vicarii Episcopi intelligi vicarium habentem jurisdictionem Episcopalem, quare licet vicarius hujus Capituli: tum etiam quia esto ea doctrina esset vera, loquitur de jurisdictione delegata vicario Episcopi, quae quidem cum strictè intelligatur nihil mirum est, si de veri Episcopi vicario accipienda sit. Quare ea doctrina non est extendenda ad ordinariam vicarii jurisdictionem, qualis est haec, utpote per Tridentinum, quod jus commune constituit, concessa.

Quare idem dicendum est de vicariis quorumcumque Praelatorum jurisdictione Episcopali in sua diocesi gaudentium, quia censentur vicarii Episcopi, id est, habentium jurisdictionem quasi Episcopalem, ut in jurisdictione delegata vicariis Episcopi probavimus lib. 8. de matrimonio disp. 27. num. 34. Neque in hac, quae ordinaria est, verum habebit.

Et sicut diximus num. 65. posse Episcopum confirmatum, sed nondum consecratum concedere hanc licentiam, & num. 66. posse id Archiepiscopum ante pallii receptionem, similiter idem prolixè dicendum est de eorum vicariis, ut etiam in jurisdictione delegata probavimus ea disp. 27. num. 35.

Non tamen integrum erit vicariis foraneis hanc licentiam concedere abique expressa commissione sibi facta, quia cum analogam per se sumptum iter pro famosiore significato, nomine vicarii absolute prolata in hoc decreto solus vicarius generalis Episcopi, qui ordinarius est, & simpliciter vicarius appellatur, comprehenditur, non autem vicarius foraneus, quem delegatum esse probavimus lib. 3. de matrimonio disp. 29. num. 10. & vicarius secundum quid appellatur, ut ibidem probavimus, quamvis is vicarius foraneus constituitur ad universitatem caularum in illo loco, & ibi num. 11. satis explicuimus, quando dicitur Vicarius generalis, & quando foraneus.

Pollentque facultatem hujus licentiae concedendae delegare alteri tam Episcopi, & habentes jurisdictionem Episcopalem, quam eorum Vicarii, quia cum haec jurisdictione sit in jure communi per Tridentinum conclusio annexa perpetuo non personae, sed dignitati, vel officio, horum est ordinaria, & consequenter delegabilis, ut late probavimus lib. 2. de matrimonio disp. 40. n. 14.

Sed queres an Praeuli regulares possint eam facultatem concedere in monasteriis exemptis? Quidam id exillimare possent, censentes ita intelligi Tridentinum, ut Episcoporum fiat eam licentiam concedere in monasteriis sibi subiectis; at in exemptis id pertinere ad Praeulos regulares, sicut ad ingrediendum monasteria monialium Episcoporum exigitur licentia; si autem exempte sint, Praeuli sui regulares; ut tradit Navarra comment. 4. de regulari, num. 60. sic intelligens decretum Tridentini sess. 25. de regulari, cap. 9. petens licentiam Episcopi ad ingressum in hujusmodi monasteria. Secundo possent duci, quod Episcopus nulla jurisdictione potuitur in monasteria exempta, sed solis Praeulis regularibus subint, quod non tantum quod ad profanos, sed etiam quo ad novitios intelligendum diximus hoc tractatu. Ceterum dicendum est, in utriusque monasteriis exigi licentiam Episcopi, vel eius Vicarii, nec necessariam esse, nec sufficere licentiam Praeuli regularis. Dignior quia decretum hoc, virtute cuius Episcopi, aut eius Vicarii licentiam petit, quando autem aliud voluit, id exprimit, ut in dicto cap. 9. petens licentiam Episcopi, vel alterius superioris, & ideo ea doctrina Navarrae, quae verissima est, huic decisioni non obstat. Minus etiam obstat novitios religionis exemptae non subdi Episcopo, quia id verum est, praeter caetera, in quibus Tridentinum eos Episcopi subiecit, ut fecit in hoc cap. 16. & cap. 17. seq. Et ideo hanc partem sustinet Manuel Graef. regulari, tom. 2. q. 47. art. 14.

Affirmant tamen quidam in aliquibus religionibus abusive in delictudinem petere hanc licentiam ab Episcopo, & ideo in illis non esse necessariam. Sic Manuel 2. tom. summa, cap. 7. num. 1. in fin. Vega 2. tom. summa, cap. 50. casu 3. & bene quidem dicunt, sit ea conclusio ita legitime praescripta, sit, ut contra hoc Tridentini decretum vires obtinerit. Quare tutissimum est, ne renunciacionis valor litigio exponatur, & incumbat monachis probare hanc legitimam consuetudinis praescriptionem, exigere licentiam Episcopi, aut Vicarii, maximo enim exponatur periculo, ea non petita, cadendi causa.

Hactenus egimus de potentibus hanc licentiam concedere: superest in hac priori solemnitate tractandum de ipsius licentiae qualitate. Et quidem non exigi licentiam in scriptis, manifesti juris est, quod Tridentinum nullam scripturam mentionem fecerit; & ubi in scriptis eam obtinendam voluit, id exprimit, ut fecit eodem sess. 25. de

regularibus, c. 5. tractans de licentia ad ingrediendum monasteria monialium. Item, quia omnis dispositio potest fieri verbo, nisi lex requirat ad actus valorem scripturam, ut probavimus, adducto alio simili lib. 2. de matrimonio, disp. 36. num. 10. Quamvis autem ea licentia in scriptis tutissimum eam sit ad valorem renunciacionis, est tamen necessaria non sit ad valorem renunciacionis, ubi subiectione fidem de ea facientis, ut si forte de ejus valore sit moveatur allegato licentiae hujus defectu, possit in foro externo fides de illa fieri.

Nec satis est petita, sed debet esse obtenta, ut in simili probavimus ea d. 13. quia decretum hoc dicit; cum licentia: at non dicitur cum licentia fieri, quando ea solam petitur est. Item, quia c. licet, de regulari, ubi exigitur licentia tantum petita, id exprimitur.

Hoc autem licentia procedere debet: quia licet in aliis rebus, ut in testamento professi dicemus infra, non sit modica difficultas, an sufficiat licentia subiectionis: at hic non militant rationes, quae probant sufficere in illo casu licentiam subiectionis: quod haec renunciatio non sit actus ultimae voluntatis revocabilis (ut dici solet) usque ad mortem, sed statim firmus omnino, & validus sit, & cum ad sui valorem indigeat licentia, ea necessario debet procedere, iuxta regulam, quam tradidimus lib. 3. de matrimonio, disp. 35. n. 18. & 24. ubi & n. 19. probavimus licentiam eodem die renunciacionis concessam praesumpra procedere, ubi non constat ultra praesertiter: si tamen renunciatio illa fieret sub conditione, si postea Episcopus approbet, facta erit approbatio superveniens, ut in simili probatum est supra c. 2. n. 29.

Atque satis est eam esse tacitam, habitam ex ratiabitione de praesenti, nec sufficit ratiabitione de futuro, quia requiritur ad valorem actus, ut in simili probavimus lib. praeced. c. 11. n. 11.

Circa posteriorem autem solemnitatem petitam in hoc decreto, nempe, ut renunciatio, & obligatio fiat intra duos menses professioni proximis, id observandum est, non exigi, ut haec fiat integro bimestri ante professionem, sed satis esse toto eo bimestri fieri, quamvis immediate ante professionem. Constat, quia Tridentinum dicit in eo decreto, intra duos menses proximos ante professionem; nec dixit, ut fiat bimestri ante illam, sed ulum est particula (intra) ac facta toto illo spatio, dicuntur facta intra duos illos menses. Item, quia finis ejus decreti fuit, ut haec maturiori consilio, ac deliberatione fierent. At es major est deliberatio, quo longius est novitatus tempus, ac professioni propinquius.

Immo aliqui exillimant eam renunciacionem non irritari, si modica distantia ante id bimestre fiat, quia ea distantia non mathematico modo, sed morali accipienda est. Ut moraliter loquendo, dicitur intra duos illos menses fieri, quod parit ante sit. Sic Lelius Zeechius de Repub. ecclesiastica, tit. de regulari, c. 2. n. 14. limitat. 8. & pro te refert Thomam Zorolum in praxi Episcopali, p. 1. verb. monachi in fine, ubi id satis innuit, quamvis non ita expressè id dicat, sed confusè loquatur. Sed exillimo computandos esse hos duos menses de momento ad momentum, & secundum quod occurrit mensis in Calendario, & quod ex illo mense decit, accipitur de sequenti, & ita habebit ille mensis triginta dies, vel triginta unum, vel viginti olo, ut in Calendario occurrerit: & si occurrat annus biflexilis, computandum est tempus die correspondenti posteriori illi diei. Ducor, quia Tridentinum disponit a quo tempore bimestre illud incipere debeat, nempe, a die professionis futurae, in quo eventum computatur dies de momento ad momentum, ut occurrerit in Calendario, sicut probavi lib. 2. de matrimonio, disp. 24. n. 15. ubi exemplis id declaravi. Insuper petit determinatum aetatem, nempe eam, quae satis est ad proitentum post bimestre, ut diximus num. 7. At ea aetate computatur de momento ad momentum etiam in anno biflexili, ut supra didicimus lib. 6. hujus operis, c. 4. n. 4.

Nihil autem legitime refert facta semel renunciacione bimestri illo ante professionem legitime faciendam, ut quia transactio bimestri est completa aetate, & anno novitatus, differri professionem, ex quacumque causa dilatio contingat: adhuc enim valida erit renunciatio, quia cum lex ea, quae frequentius contingunt, praesertit l. nam ad ea ff. de legib. & professio attempo jure, & frequentius fiat completis aetate debita, & anno novitatus, decretum hoc petens renunciacionem fieri bimestri ante professionem, intelligendum est de bimestri proximo tempore, quo regulariter professio fieri debet. Item, quia in hac renunciacione salvatur omnino mens Tridentini, quae fuit, ne temere fervoribus vocationis ductus novitius renunciet, sed quando debita maturitate expertus est decem mensibus religionis aulteritates Facit Menochius conf. 388. n. 7. vol. 4. ubi rationem, cur bimestri ante professionem faciendam fiat renunciatio, reddit his verbis. Cum eo tempore iam sint novitii plene probata, & debita ratio evitanda praesertim iam manifesta satis apparet cursu decem mensium. Haec ille.

Quod si e contra ex dispensatione Pontificia novitius non mense professurus esset, vel minor sexdecim annis, atque ita abbreviaretur tempus professionis jure praescriptum, posset aliquis censere, sufficere bimestri ante id professionis tempus renunciacionem hanc fieri, quia dispensatio, quan-

tumvis stricti juris sit, extenditur ad connexa, ut probavi lib. 8. de matrimonio disp. 1. n. 19. Cum ergo ex hoc decreto connexum sit professio, ut renunciatio fiat bimestri ante illam, dispensatio, ut fiat professio ante legitimum tempus, extenditur quoque ad hanc renunciacionem bimestri proximo faciendam. Praeterea, quia si non posset renunciatio fieri, nisi servata forma hujus decreti, novitius ille nullo tempore posset bonis renunciare, quia jam decimo mense citi professus. Sed verius credo, non posse renunciare bimestri illo ante professionem, sed renunciacionem debere fieri proximè professioni, ut eodem die, vel praecedenti. Ducor, quod dispensatio non extenditur ad accessoria separabilia, sed ad necessarium inseparabiliter connexa, ut diximus eadem disp. 1. n. 19. & 20. At non est inseparabiliter connexum, ut renunciatio fiat integro bimestri ante professionem: Tridentinum enim id spatium concedens egit de professione completis legitima aetate, & anno novitatus faciendi, ergo ea dispensatio non extenditur ad totum id tempus. Sed quia professio est annexa facultas disponendi antea de bonis, utpote quod post professionem fieri nequit, dicendum est, dispensationem illam extendi, ut renunciatio fiat ante professionem, etiam si servato omnino tempore designato per Tridentinum, quia servari nequit, erit tamen servatum per Tridentinum, quia servato omnino tempore designato per Tridentinum, quia servari nequit, facta renunciacione proximè professioni, credendum enim est. Pontificem, quam minimum fieri potest, voluisse derogare Tridentino: sic enim servabitur, in quantum fieri potest, matuta deliberatio ante renunciacionem in eo decreto petita.

Tandem circa hanc solemnitatem id observandum est, si novitius ante finem anni religionem deserat five facta, five non facta renunciacione, atque iterum penitentia ductus redeat, renunciacionem illam, quae eo ingressu facta fuerat, minime convalescere: id enim nullo jure curata, sicut nec computatur illud novitatus tempus. Quare sicut novitatus inchoandus est, ut probavimus lib. 5. hujus operis c. 4. n. 31. ita tempus illius renunciacionis inchoandum est, & solo bimestri ante professionem finito anno novitatus faciendam debet fieri. Si tamen abvoluto novitatus anno egredere retur novitius, indigeret nova renunciacione, quia prior illa, est legitimo tempore facta, corruit egressu, ac proinde repetenda est, ut valeat. Sicut autem non requiritur novus annus novitatus, sed potest statim legitime profiteri, ut probavimus eodem cap. ita poterit statim atque ingressus fuerit hanc facere, five differatur professio, five non.

CAPUT VI.

De solemnitatibus aliis ultra petitas per Tridentinum ad renunciacionis novitiorum valorem.

SUMMARIUM.

An ad firmitatem hujus renunciacionis, ne monasterium illa non obstante succedat, exigatur, ut monasterium consentiat renunciacioni novitii, & renunciatio habeat tacitam conditionem, si ea renunciacioni deseratur? refertur quadam sententia, n. 1.
 Explicatur sententia Auctoris, n. 2.
 An consilium sit, quod inseruuntur quoque consensus monasterii? n. 3.
 An in renunciacione hereditatis, vel legati, sine delata, sine non delata sint, exigatur consensus monasterii, an prius sufficiat solius Praeuli absque solemnitatibus in alienatione bonorum Ecclesiae petitis, peteque, renouaturque restituisse, si absque causa renouat? n. 4.
 Quid si hereditas esset adita a novitio ante professionem? n. 5.
 An valeat venditio facta monasterio absque praedictis solemnitatibus relata in tempus professionis? n. 6.
 An sufficiat renunciatio tacita monasterii? n. 7.
 An in alienatione bonorum Ecclesiae, & in hac renunciacione exigatur triplex tractatus? n. 8.
 An si quis renouat fideicommissum conditionali, ad quod vocabatur, conditione impleta post professionem, succedat monasterium? n. 9.
 An monasterio, vel ingrediendi religionem competat, jus irritandi renunciacionis ratione enormissima lesionis, ubi competens dos assignata est? n. 10.
 Quid si nulla dos recipitur? n. 11.
 An pactum iuramentum firmatum, seu bonorum renunciacioni hac lege, si ingressus fuero religionem, valeat? n. 12.
 An in hac hereditatis renunciacione debeat fieri mentio legitima? n. 13.
 An debeat quoque fieri mentio bonorum, quae filii prioris matrimonii referuntur, transmittuntur parentibus ad posterius? n. 14.
 An oportet mentionem fieri cuiuscumque hereditatis sine ex testamentis sine ab intestato? n. 15.
 An oportet explicare renunciacionem fieri, etiam si omni posterius deficiat? n. 16.
 An oportet libertatem relinquere parentibus, ut quoquo modo velint de ea disponant? n. 17.
 An in hac renunciacione desiderantur solemnitates iure civili petita? n. 18. & 19.
 An desideratur iuramentum? n. 20.

conferatur dispositio in piam causam; & Natta conf. 180. n. 7. vol. 1. dicit donationem factam a minore volente ingredi religionem, tunc auctoritate tutoris, & decreto iudicis valeat; si fiat monasterio, quia non prejudicatur minori, eo quod monasterium habeat jus succedendi in illius bona; sed si fiat donatio facta alius tempore ingressus, quia tunc ait non valere, & Rebellus citatus eo n. 50. tradit ante ingressum abique juramento, & auctoritate tutoris non posse minorem disponente, secus post ingressum ante professionem. Mandos. verò citatus ait, quod donatio abique curatore tunc valet, quando est accessoria professioni, ut si quis se, & sua donet religioni; consonat Lopez n. 3. dicens dispositionem ut accessoriam ad ingressum valere.

19. Dicendum est, donationem factam a minori intuitu ingressus, etiam si fiat in favorem personarum privatarum, validam esse, quamvis in ea donatione non observentur predictæ legitimitates a iure requiritæ in dispositionibus minorum. Colligitur hæc conclusio ex aliquibus Doctoribus citatis, & eam latius probat Berus eo n. in presentia, n. 2. n. 25. quem alii plures sequuntur. Dico, quia in c. de his in fin. de sepulchris, qui textus loquitur de volentibus transire ad loca religiosa, sic dicitur, liberum est eis tunc bona sua non solum religiosi, sed etiam quibusvis privatis conferre personis. Ubi notandum est, verbum liberum est, quod importat abique alicuius auctoritate, & licentia, & dispensatione, ut tradunt Glos. Clement. 2. verb. liber & ibi Imola n. 23. & Card. S. & ut facilius, nu. 2. de iure patronatus, & Glos. Clement. sonali verb. liber de exte. & qualitate, & ibi Imola n. 1. Card. n. 2. notab. 3. & Clement. dudum, & de alibi, q. 19. n. 20. de sepul. Importat etiam nullius contradictionem, vel juris impedimentum ob stare, ut tradunt Card. et Clement. fin. nu. 2. Alex. l. si mihi, & Titio in princ. num. 1. ff. de verb. obligat. Secundo ducor, quia in §. illud quoque auth. de monachis, conceditur volentibus ingredi religionem, quo voluerint, modo uti bonis; quia verba solennitate legit remouent l. 2. ff. de militari testam. & l. 1. c. de sacro. Eccl. nec restituitur ea verba ad donationem, que fit monasterio, nec ad testamentum verbum enim (ur) generaliter est ad omnem dispositionem etiam inter vivos; & quamvis textus non loquitur expresse de minore, at ratio in textu addita, nempe, post ingressum abdicandum esse rei dominium, procedit etiam in minore. Et hoc quidem verum est, ut tradit ibi Berus eo n. 165. & probant rationes predictæ; non solum quando novitiam iam effectus disponit, sed etiam quando antea intuitu ingrediendi religionem. Atque ita Abbas in c. in presentia, nu. 54. de probat. Resol. verb. legare, n. 17. Angelus verb. minori, nu. 2. & ibi Sylv. in fin. & ibi Taberna q. 2. n. 3. Armilla in fin. Ludov. Lopez lib. 2. de contractibus, c. 39. q. 3. notab. 5. ajunt absolute minorem intrando religionem posse testari, vel aliter de rebus suis disponere abique curatore auctoritate, & decreto iudicis, quia fugitur mori.

20. Unde inferitur non esse necessarium juramentum in hac minoris renunciatione, nequam minor possit restituere iuxta auctoritatem sacramenta pub. c. si adversus se videtur, quia cum disponat abdicando a sedomium, ut pauperem religionem in religione observet, efficit id, quod praesentissimus quisque faceret, in quo eventu non datur restitutio minori, l. verum §. sciendum, ff. de minoribus, & l. n. c. de restit. in integrum actus Sforzici Odo de restit. in integrum p. 1. q. 23. ror. art. 20. ex multis probat, minorem facientem actum plium est omnia bona donet, non jvari beneficio restitutionis.

CAPUT VII.

Que bona preceperantur in hac novitiorum renunciatione, & in quæ tamquam comprehensa succedat post professionem monasterium, non obstante ea renunciatione.

SUMMARIUM.

Renunciatio hereditatis parentum non potest succedere circa ipsorum testamentum, nec ab intestato, n. 1. si filius preteritus in paterno testamento nequit illud recipere, n. 2. An ea renunciatio excludat filium a legitima? referunt quadam sententia, n. 3. Explicatur sententia auctoris, n. 4. An possit petere alimenta, quamvis huic juri cum juramento renunciaverit? n. 5. An excludatur heredes renunciatio ab hereditate fratrum? n. 6. An excludatur a herede qui alterger ejus patris transiens ad secundas nuptias comparat ex filio prioris matrimonii? n. 7. An excludatur a bonis majoratus feudis, vel imphyensis? n. 8. An excludatur a bonis, que sunt de trunco? n. 9. An possit a parentibus hæres institui, vel donatio inter vivos, aut legare aliquid ad eis accipere, & commissarius ad faciendum testamentum patrum possit hunc instituire? n. 10. Quid si renunciatio iurasset se nec ex testamento, nec ab intestato successurum? n. 11. An hic institutus recuperet jura suarum, & transmissas hereditatem non aditam ad suos heredes? n. 12.

Quid si ea renunciatio fiat conditio testamenti, in quo renunciatio instituitur? n. 13. Quid si solus verbis generalibus instituitur pater filius heredes, nec solus filius, qui non renunciat, & postea legat aliquid absolutis filiis? n. 14. Quid si renunciatio sit facta patri in favorem alicujus filii, vel ipsi fratri? n. 15. An sit opus ad ejus renunciationis valorem acceptatione fratrum? n. 16. Spectanda est causa, ob quam renunciatio fit, & ea cessante evanescit, n. 17. Hæc causa in dubio mentis renunciantis est ex conjecturis deducenda, n. 18. Quando existunt alii renunciatio fratres, an in dubio presumat facta ipsorum favore, & ipsi, ac omnibus descendens moribus precat? n. 19. Quid si tempore renunciationis, nec tempore mortis parentis existant alii descendentes? n. 20. Quid si tempore mortis alii fratres existant, & repudiant hereditatem? n. 21. Quid si solus superstit filius naturalis parentis? n. 22. Quid si solus sorores superstit? referunt quadam sententia, n. 23. Explicatur sententia auctoris, n. 24. An coram omnibus descendens moribus quando renunciatio est facta ob dorem receptam? n. 25. Quid si facta est, ut ex his bonis instituat majoratus? n. 26. Quid si renunciatio stipulatus est pro se, & suis hereditibus? n. 27. Quid si heres causa professus in religione? referunt quadam sententia, n. 28.

Explicatur sententia auctoris, n. 29. Quid si in eum finem facta est, ut instituat opus pium? n. 30. Quid si superstit descendens quando mortis parentis, & illo vivo renunciat, & quando satis sit conditio momento impleri? n. 31. Quid si renunciatio fiat solo masculinorum favore, & superstit sola nepes ex filio, vel filius, & nepes ex alio filio? n. 32. An filius naturalis possit institui hæres a patre, relicto solo filio legitimo, qui hereditati renunciavit? referunt quadam opinio, n. 33. Explicatur sententia auctoris, & lex regis 10. Tauri, n. 34. Quid si exarcat nepos filii renunciatio? n. 35. Quid si jam ille filius legitimus erat in religione capaci professus? n. 36. Renunciatio hereditatis paterna an necesse nepotibus, quando mortuus est avus vivo totum parente? n. 37. Quid si omnes alii descendentes abissent? n. 38. Quid si ea renunciatio non facta fuisset contemplatione alienius? n. 39. An possit filius consorsio se exheredari in præjudicium nepotum? n. 40.

An quando renunciatio obit vivo parente, ejus renunciatio necesse nepotibus? referunt quadam sententia, n. 41. Explicatur sententia auctoris, n. 42. Quid si tunc veniet nepes ad successionem avi cum suis avunculis? n. 43. Quid si patris dote recepta renunciasset? n. 44. An dos illa sit computanda in legitimam nepotum? n. 45. Quid si nepes sit hæres renunciatio? n. 46. Quid si agatur ut heredes illius, vel si patris renunciavit pro se, & suis hereditibus? n. 47. Quid si patris promissit conditionem? n. 48. An renunciatio hereditatis adita recocetur auctoritate filiorum? n. 49. Quid si tantum sit delata? referunt quadam sententia, n. 50. Explicatur sententia auctoris, n. 51. Quid si renunciatio hereditatis illius sit in alicujus favorem? n. 52. An legato relicto alieni, si professus fuerit in religione, possit ille renunciare? n. 53. An dicta de renunciatione hereditatis ascendenti facta a descendens, sine dicta de renunciatione hereditatis descendenti facta ab ascendens? n. 54. An quoties corripit renunciatio, & succedit renunciatio, succedat monasterium hereditatis capax, in quo ipse est professus? n. 55.

Quamvis hæc questio non sit peculiaris in novitiorum renunciatione, sed æquè locum habeat in quorumcumque aliorum renunciationibus, ut tamen plenus sit traditus hic, & ut sciatur in quæ bona succedat monasterium post novitii professionem, nihil obstante prioris eius renunciatione, oportet quaestiones hæc enodare, quod breviter aliquibus conclusionibus fiet. Prima conclusio fit. Hæc heredis renunciatio ab omni successione tam ex testamento, quam ab intestato parentum, quorum hereditati renunciatur; atque ita non solum non succedat circa testamentum illorum, in quo ipsum renunciat, sed nec etiam ipsis ab intestato decedentibus succedat. Hæc est contra aliquos, quos referunt auctores citandi, qui ajunt a sola successione ex testamento excludi, ac proinde illum succedere parentibus ab intestato, quod etiam sustinet Baldus consilio 437. num. 2. volum. 1. quia, hic decedentes videntur tacite filium renunciantem ad successionem cum aliis admittere. Sed ea tacita admisso est omnino neganda, utpotè quæ ex nullis conjecturis deduci.

ducitur, & nostrâ conclusio satis aperte probatur ex cap. quamvis pactum, de pactis in 6. ibi nullum ad bona paterna regressum habebit. At utique habere, si potierit jure successione ab intestato: & ideo hæc tenent Dominicus, Franciscus, Natta, Bart. Alexand. Paris. quos referet, & sequitur Covarr. d. c. quamvis pactum 3. p. §. 3. num. 5. & ibi Gutier. S. omnino servari debet, num. 1. Cretius l. stipulatio hoc modo concepta, n. 45. ff. de verborum obligat. Seraphin. de privilegiis juramenti, privilegio 21. n. 24. Menchaca de success. creat. lib. 2. §. 18. num. 113. & num. 119. Antonius Gomez l. 22. Tauri, n. 8. & 9. Menoch. nullis rationibus probans conf. 6. à n. 18. vol. 1. Molina tom. 3. de iustitia disp. 579. n. 13. Guido Panciroli vol. 1. conf. 62. n. 1. vol. 1. Carolus Putens conf. n. c. n. 33. habetur post consilia Sforzi tom. 2.

Hinc deducitur, hujusmodi filium præteritum in testamento paterno, aut in eo exheredatam, quamvis nulla apponatur causa, minime posse intendere id testamentum esse nullum, quia is filius, qui hereditas debetur, hoc jure gaudet. Cum ergo nulla debetur hereditas huic renuncianti, carebit hoc jure, ut cum Barol. & aliis affirmant Anton. Gomez & Molina, ibidem, idem Anton. Gomez primo novitiorum c. undecimo, n. 9. Seraph. de privilegiis juramenti, privilegio 21. n. 12. Menchaca de success. creat. lib. 2. §. 18. num. 122. idem Molina 1. tom. de iustitia disp. 175. col. 14. vers. qui cum juramento; idque probatur argumento tex. l. cum quaeritur, C. de inofficioso testamento.

3. Sed majus dubium est, an absoluta hereditatis renunciatio cum juramento excludat quoque filium a legitima portione, quæ ei alioquin ex bonis paternis juri deberetur. Quamvis censent huic renunciati integram esse legitimam portionem, nisi specialem illius in renunciatione mentionem fecerit, arguuntur, l. si quando, §. 35. §. generaliter C. de inofficioso testamento, ibi: sed legitimam partem nepos, nisi hoc specialiter sito relicto, sicut in transactionibus scripserit, vel pactis fuerit quod contentus relicto, vel data parte, de ea, quod desit nullam habet questionem. Sic tenent Baldus Matheus de officio boar. & alii, quos referet, & sequitur Traquet. de primogen. boar. §. 5. numero 3. & l. si unquam, in præfat. in nova editione, num. 144. C. de revocand. donatiuibus. Rojas episcopus success. cap. 7. numero 29. Burf. conf. 32. num. 49. & conf. 102. num. 22. vol. 1. Anton. Covarr. tom. 3. com. opin. in mea edit. tit. de legitima conf. 8. num. 9. Azobedo lib. 5. recep. tit. 8. ibi. 1. num. 4. Suardus conf. 143. n. 31. & 32. vol. 1. & de alimentis, tit. 9. q. 25. n. ult. ubi ait, esse in libris hujus sententiæ Guid. Panciroli, conf. 105. n. 27. vol. 1.

4. Secunda tamen conclusio fit. Verius est excludi sic renunciantem cum juramento a legitima, quia c. quamvis pactum de pactis in 6. dicitur huic nullum habere regressum ad bona paterna, quod verum non esset, si legitima ei deberetur; nec favor contrarie sententiæ de §. & generaliter, quia ibi non traditur de hac renunciatione, sed de securitate facta hereditibus patris pro filium, quia caveat se legatum a patre relicto accepisse, nec adiecit, nullam sibi superesse de repletione quaestioem. Et ideo hæc partem sustinet Romanus, Paulus, Alex. Bald. Jovann. Dicit. Natta, Ripa, quos referet, & sequitur Covarr. eo c. quamvis pactum 3. p. §. 3. num. 3. Purpurat. consil. 507. num. 5. & 12. vol. 1. Cephalus conf. 62. num. 26. & 27. vol. 1. Guido Panciroli conf. 45. in fine, vol. 1. & conf. 52. vol. 1. edem vol. 1. Marchabonus ab Angullar. consil. 66. n. 72. Peres. conf. 68. n. 44. Menchaca de success. creat. lib. 2. §. 18. n. 107. & §. 17. n. 40. & §. 21. n. 247. Boerius in suis singularibus, verb. renunciatio num. 23. Gutier. de jurament. p. 1. c. 19. n. 3. & dile c. quamvis pactum §. omnino servari debet num. 6. & quest. præf. tom. 2. lib. 3. q. 82. num. 2. Menoch. late probans conf. 71. a num. 5. vol. 1. Molina tom. 3. de iustitia, disp. 579. num. 13. vers. ea verò ipso, Azor. tom. 2. instit. moral. lib. 2. c. 28. p. 5. Cretius in suis quest. communib. tota quest. 116. Ludovicus Moratus conf. 9. num. 21. lib. 1. explicans, quando effectus renunciatio legitime facta patre vivente, & num. 24. dicit quando renunciatio caret effectus, nisi intelligeretur de legitima.

5. Potest tamen filius renunciatio petere alimenta, si tamen postea ita pauper efficiatur, ut aliunde ea non habeat, quamvis jurejurando juri alimentorum renunciaverit, quia tale pactum adverseratur juri naturali, quo pater filium egentem alere tenetur. Sic multis allegatis, & late probans Anton. Gomez. l. 22. Tauri num. 12. in fine, Gutierrez dicto §. omnino servari debet num. 5. & quest. præf. tom. 2. lib. 3. q. 62. num. 19. Molina lib. 2. de primogenitis c. 15. num. penult. Rojas episcopus success. c. 21. num. 78. Suardus alios allegans tit. 8. de alimentis privili. §. 6. num. 60. Gregor. Lopez l. 8. verb. menest. tit. 13. p. 6. Covarr. c. quamvis pactum 2. p. §. 6. num. 8. consil. 17. in fine, dicens in hoc casu necessariam esse relaxationem juramenti, quod idem tradit Manuel to. 1. summa in 2. editioe c. 10. in fine.

6. Tertia conclusio. Virtute hujus renunciatio bonis hereditatis paternis excludit renunciatio ab immediata parentum successione, non autem a mediata, & p. g. si frater renunciatio successit in parentis bona, decedenteque ab intestato, succedit illi renunciatio una cum aliis fratribus, quia non petit ei bona tantum patris, sed tamquam fratris, & post aditam hereditatem non est amplius patrimonio patris; ad soli parentum successione renunciavit. Atque ita docent Angelus, Alex. Paul. Arret. Decius, quos referet, & sequitur Covarr. dicto c. quamvis pactum 3. p. §. 3. SUMMA Th. Sanchez, Pars III.

numero 2. & ibi Gutier. §. omnino servari debet numero 7. & quest. præf. 2. libro 3. quest. 80. numero 5. Traquet. de retract. legat. §. 1. glof. 9. numero 44. Anton. Gomez lib. 22. Tauri num. 13. Molina tom. 3. de iustitia disp. 579. Boerius in suis singularibus, verb. renunciatio numero 22. Menchaca de success. creat. lib. 2. §. 18. numero 175. Roland. conf. 95. numero 44. libro 1. Menochius conf. 335. numero 57. & 38. vol. 4. Seraphinus de privilegiis juramenti, privili. 21. numero 23. Manual quest. regul. tom. 2. qu. 78. art. ult. Burfattus consil. 347. numero 49. & 50. vol. 4. Merjer de majorat. in 1. edit. 4. p. quest. 19. numero 12. Consilio de usufruct. lib. 1. cap. 2. numero 63. Azor. tom. 2. instit. moral. lib. 2. cap. 28. quest. 8. in fine. Et quamvis Decius lib. hereditas num. 8. ff. de regulis juris, hoc temperet, dummodo hereditas fuerit per illum renunciatio frater adita; ceterum jure optimo hæc limitatioem reprobat allegatis Zorob. & Purpurat. & Covarr. ex. numero 2. Anton. Gomez ad num. 13. Menchaca num. 179. Gutier. §. omnino servari debet numero 9. quia, ad hæc non succedit in ea bona, ut in bona patris, sed ut in fratribus bonis & bene advertit Gutier. numero 10. Et ead. quest. 80. numero 5. esse optimam cautelam ad utrumque eventum comprehendendum renunciatio hereditati paterna, & fraterna. Immo sufficere ad omnes hos casus comprehendendos, verba adde generalia, ut omnem succedendi modum includant, ut renunciatio omni, & cuilibet succedenti, quia cum hæc dictiones generales sint, ita omne genus successione claudunt, ut nulla persona, cui succedendum est, exempta videatur, ut latissime probat Menochius eodem conf. 335. à num. 25. & precipue nu. 20. & 38.

7. Quarta conclusio. Nec etiam excluditur hic renunciatio a bonis, que alteriter ejus patris transiens adicandæ nuptias comparaverit ex filiis prioris matrimonii ejus fratribus, vel ex bonis prioris conjugii ejus paternis, juxta l. famina, C. de legitimis nuptiis, que disponit hujusmodi bona reservari filiis prioris matrimonii, quare in hæc bona succedit, quia absoluta hereditatis paternæ renunciatio a solis paternis bonis debitis non obvenit, nec obvenit jure hereditario, & sanguinis ex patre, sed tamquam bonis sibi reservata a lege in pecunia transitus parentis ad secundas nuptias. Sic tradunt Oldradus, Guido, Guillelmus Benedictus, Purpuratus, & Decius, quos referet, & sequitur Covarr. dicto c. quamvis pactum 3. p. §. 3. num. 1. Bæza de non molit. filiar. c. 10. num. 73. Gutierrez quest. præf. tom. 2. lib. 2. q. 80. num. 4. Molina dicta disp. 579. num. 21. Azor. dicto c. 28. quest. 8. in tit. Hieronymus Covarr. alios allegans conf. 156. num. 15. vol. 1. qui optimè allegatis Decio, & Ripa id limitat, nisi renunciatio fieret post transitum parentis ad secundas nuptias: tunc enim, cum corum bonorum proprietates effect renunciantis, clauderetur in ea generalis renunciatio.

8. Quinta conclusio. Neque excluditur similiter a bonis paternis, que nomine, seu ratione, & jure feudis pater habet, quia hæc non sunt bona hereditaria, & sic non sunt omnino paterna, cum solo feudi jure ad ipsum pertineant. Sic Alvaradus, Prapostius, Parisius, & Grammaticus, quos referet, & sequitur Covarr. §. 3. num. 6. Molina eodem disp. 179. num. 22. initio, Azor eodem c. 28. q. 2. lib. 2. q. 80. num. 4. Gutierrez quest. præf. tom. 2. lib. 2. q. 80. num. 4. Molina dicta disp. 579. num. 21. Azor. dicto c. 28. quest. 8. in tit. Hieronymus Covarr. alios allegans conf. 156. num. 15. vol. 1. qui optimè allegatis Decio, & Ripa id limitat, nisi renunciatio fieret post transitum parentis ad secundas nuptias: tunc enim, cum corum bonorum proprietates effect renunciantis, clauderetur in ea generalis renunciatio.

9. Hinc fit, eos, qui tunc de trunco renunciatio cum juramento hereditatis stipit, si a bona trunca ad decederent, non excludi a bonis immobilibus, quia ad eos, qui sunt de trunco, devenire debent decedente postea pupillo, quia in hæc non jure hereditario, sed jure sanguinis succedunt, & quia non succedunt stipiti, sed pupillo. Ita latius probans tenet Gutier. tom. 2. præf. lib. 3. quest. 8. à num. 3. usque ad finem.

10. Sexta conclusio. Nec etiam excluditur a successione, si parentes in suo testamento renunciantem heredem instituant, vel ei aliquid legent, quia, cum ea renunciatio fit præcipue in parentum favorem facta, possunt parentes juri suo cedentes illam remittere, ac instituire amplius explicabitur num. sequenti, & constat hoc ex c. 20. de renunciatione, ubi deciditur juramento renunciantem beneficio, posse illud obtinere, si a majore parte Capituli eligatur. Sic Bart. Bald. Roman. Martinus de Afflictiis, quos referet, & sequitur Covarr. dicto c. quamvis pactum, p. 4.